

Joannis Ducis Masovie privilegium, quo
concedit venditionem decem mansorum
in bonis Koniewo.

26

In nomine Domini amen. Ad perpe-
tuam rei memoriam. Joannes Dei gra-
tia Senior Dux Masovie, et Russia terrar-
um Dominus, et heres Cracoviensis. Si-
gnificamus omnibus, et singulis presenti-
bus, et futuris presentium notitiam ha-
bituris. Quod cum Thomasio heredi de
Kozesewo viginti mansos mensura Cul-
mensis, Koniewo, vulgariter dictos, sylva
nostra Kony dicta, super rivulo Kony pro-
pe a Nur jacentes, intuitu suorum ser-
vitorum dedevamus cum utraque ripa
rivuli ejusdem; tandem ipse Thomaseus
personaliter coram illustri principe domino
Joanne Duce Masovie filio nostro charis-
simo constitutus, non compulsus, non coar-
ctus, neque aliquo dolo, vel fraude seductus,
sed ipsius mera, et spontanea voluntate,
suorumque amicorum salubri consilio pre-
habito decem mansos mensura Culmen-
sis, viginti mansorum predictorum in
longum, et latum, veluti predicti mansi
sunt limitati, et distincti Mathie Derwlae,
Stanislao, et Sandeoni heredibus de Tyz-
ki pro certa summa pecunie vendidit
perpetue, et in eam, cum omnibus uti-
litatibus, fructibus, proventibus, redditibus,
censibus, usibus, emolumentis, et obven-
tionibus

tionibus generaliter universis, quibus unquam
vocabulis appellentur, nunc in dictis
decem mansis existentibus, et in posterum
charissimo duce per humanam discretio-
nem quomodolibet accrevendis, mellificiis
sive apisteriis duntaxat exceptis, que pro
nobis, et nostris successoribus reservamus.
Quare sit licitum predictis fidelibus nos-
tris, et legitimis successoribus decem man-
sas predictas tenere, habere, regere, gubern-
nare, pacifice, ac quiete temporibus per-
petuis possidere; nec non vendere, commu-
tare, dare, donare, alienare, obligare, et
ad usus suos beneplacitos, et suorum suc-
cessorum convertere, prout ipsis, aut ipso-
rum legitimis successoribus melius, et
utilius videbitur expedire, sed nostra, et no-
strorum successorum voluntas more solito
requiri debet in premis. Preterea pre-
dicti nostri fideles, et ipsorum legitimi
successores de predictis decem mansis ad
quamlibet expeditionem in equo valoris
quatuor sexagenarum in panzerio cum
balista, et sub caleptia, Klobuczek vulga-
riter dicta equitare, et cetera omnia com-
munia servitia impendere, prout alii
servigens in similibus bonis locati face-
re, et impendere consueverunt, sint con-
stricti, toties, quoties fuerit opportunum.
In cuius rei testimonium sigillum no-
strum majus presentibus est appensum.
Actum et datum in Louza ipso die
sancti Augustini confessoris gloriosi, sub
anno

anno millesimo, quadringentesimo, decimo,
nono. Presentibus ibidem strenuis, ac no-
bilibus viris, Dominis, Jacobo Porta ju-
dice, Mathiborio vexillifero, Ciechanovi-
ensibus, Stiborio Subcamerario Sacroci-
mensi, et mareschalo curia nostra, Lau-
rentio subjudice Varaviensi, et Joanne
De Kuchary heredibus, nostris fidelibus
testibus circa predicta. Scriptum per
manus Pauli Ptocensis, et Varaviensis
ecclesiarum canonici, minoris cancella-
rii curia nostra, qui presentia habuit
in commissis.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]